

FRANCISCVS PHILELVS LODOVICO MA
RIAE SPHORTIAE BARHI DVCI AC DVCA/
LI PRIMARIO LOCVM TENENTI SAL. P. D.

Quam parentalem quondam pro nobilissimo illo prin
cipe patre tuo **F**rāncisco **S**phortia orationē habuiffem:
iccirco ad te dedi: quia multa in ea legunt: quā ad il
lius laudem & immortalitatē pertinent: cuius me stu
diosissimū esse non ignoras. **H**uic ego cum nonnullis
orationibus & operibus meis duas subieci oratiōes: quarū alterā
habuerā in funere diuā illius uiraginis **B**lanca **M**ariæ: & item alte
ram consolatoriā: quam iam pridem scripseram ad uirum **P**atriciū
illū **V**enetū **I**acobū **A**ntoniū **M**arcellū de obitu **V**alerij filij. **N**am
si quis hasce tris orationes diligentius lectitarit: cum plerūq; inue
niet non inutilia (ut mea fert opinio) tum uero quā ad animorū im
mortalitatem pertinet: animaduertet nō inepte a me esse pro tem
pore & discussa & disputata. **N**ec unū mihi prætereundū fuit: pro
pterea orationē illam cōsolatoriā ad **I**acobum **A**ntoniū **M**arcellū
curasse hoc tempore cum hisce imprimendam: qm̄ quā antea fue
rat **M**ediolani ab alijs quibusdam impressa: eam pluribus in locis
deprauatam corruptāq; offendi: siue incitia factum fuerit: seu in
uidencia: nesciā affirmare. **Q**uod si quaesieris: quibus in praesentia
delecter studijs: quid aliud me putes cogitare: qui non longe ab sim
ab octogesimo quarto aetatis anno: q̄ ea om̄ia quā a philosophis
theologisq; acute sunt & subtiliter disputata: **H**aec qualia sint bre
ui cognosces. **V**ale mi humanissime princeps: & me cōmendatum
habe. **M**ediolani ex aedibus meis. vi. kalēdas **I**unias. **M**.ccccclxxxi.

